mala non sit. Nisi dampnandis; Laudat quippe diem mortis
que et philosophi gencium laudauerunt. Ne uideatur dampnare
id quod naturaliter accidit; Mors quippe naturaliter accidit;
et quicquid naturaliter agitur necessarium comprobatur; De qua
cato; Que si bona non est finis tamen illa illa malorum est; Cum ergo sciat clarum
sit ut in potestate habeant peccare uel non peccare; Cur tamen eam
labi in calcaneo; Maxime cum proposuerint abstinere a pec
cato. Quos ergo iniquitas calcanei circumdedit subditur inqui
ens; Qui confidunt in uirtute sua gigantes siclie et po
tentes seculi qui uiribus corporis extolluntur. Siue etiam philo
sophi gencium qui sibi tribuebant quicquid boni habebant et
gloriabantur nimio tumore diuiciarum scientie sue. Possumus et per hos qui in
multitudine diuiciarum suarum gloriantur, iudeos intellegi qui cog
nitione diuina et sanctarum scripturarum sciencia inflabantur, ideoque
in calcaneo corruerunt. Frater non redimit redimet homo. Fratrem
nostrum dignatur Christus appellari per susceptionem nature nostre cre
ator et conditor tocius nature; Siue etiam frater dicitur pro eo quod
nos unda baptismatis renatos adobtiuos dei patris reddidit filios;
Alloquitur ergo propheta iudeos; Uos inquit o iudei dicetis.
quia frater id est Christus non redemit nos; Redimet ergo homo. id est
adam uel moyses in quo confiditis non utique. Non dabit deo
placacionem suam; ab hoc loco perplexa ualde est exposicio.
et ideo necesse est ut ita eam hac accipiamus sicut et sanctis pa
tribus traditum habemus; Nam sancta scriptura sic est. ue
luti quedam mensa diuersos gustus habens et omnium cibo
rum generibus referta. in qua unusquisque id accipiat quod
ei placet; cassiodorus ergo hoc de iusto aliquo accipit; Non